

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1008

**Auteur(s) :** Richard de Creully [chevalier]

**Bénéficiaire(s) :** Bayeux, Notre-Dame (cathédrale)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1220, septembre

**Lieu d'émission :** Caen

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Richard de Creully confirme et garantit la donation, en pure et perpétuelle aumône, de terres et de revenus situés à Mathieu, faite par Pierre de Tilly à l'église de Bayeux.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCXVIII, t. 1, p. 266-267.

Texte établi d'après a

Noscant præsentes et futuri quod ego Ricardus de Croleio, miles, gratam et ratam habeo donationem quam Petrus de Tilleio fecit ecclesiae Baiocensi de quibusdam redditibus et terris sitis apud Matonum, quod habuit ex dono Gilleberti de Theleriis, videlicet: de quinque acris terræ in Corta Cultura, inter monachos de Barbereio et Willelmum Paganum ; et de tribus acris in via Longæ Reæ, inter Petrum Ferra... et feodum ad Boscains ; et de una acra et dimidia in via de Periers, ad Gansel, inter Radulfum de Campis et Philippum de Periers ; et de una acra et dimidia in capite virguti (sic) Radulfi Revel ; et de una acra et dimidia in via de Periers, inter Gaufridum Fabrum et Philippum de Periers ; et de quinque virgatis in eadem via, inter feodum Baudri et Henricum, filium Helyæ ; et de dimidia acra juxta domum Chacerat ; et super montem de Plumetot, de una virgata et dimidia, juxta feodum Willelmi Pagani (?) ; et de Ricardo Chief de Vile, cum una acra terræ quam tenet in duabus masuris juxta masuram Rufforum: una reddit annuatim duos sextarios frumenti, ad mensuram de Maton, et duas gallinas, viginti ova ; et de Ricardo Berengario, cum novem virgatis terræ quas tenet: una reddit annuatim quatuor sextarios et tres quartarios frumenti, duas gallinas, viginti ova ; et de Henrico, filio Helyæ, cum vavassoria sua, et cum tenemento quod deservit per triginta acras, unde facit annuatim servicium equi, et sex capones, sex panes Turonenses, et centum viginti ova ; et de eodem, ex alia parte, pro una virgata terræ quæ est in masura: una reddit duas gallinas, duos panes, viginti ova. Volo etiam et concedo ut ecclesia Baiocensis habeat præfatos redditus et præfatas terras, et possideat in puram et perpetuam elemosinam, liberam et quietam, quam ego et hæredes mei præfatæ ecclesie contra omnes garantizare tenemur. Quod ut ratum habeatur, præsentem cartam sigilli mei testimonio confirmavi. Actum in assisia Cadomensi, anno gratiæ millesimo ducentesimo vicesimo, mense septembri.